

8023. 8024 Macomeli porticus templi parochialis tribus fulcitur lapidibus, quibus viae latae miliaria erant a Romanis in Sardinia signatae (sic) FARA. Ibidem adhuc extant duae columnae.

m P L V a T V R R e  
 iMP CAESAR VESPASIANVS AVG  
 PONTIFEX · MAXIMVS TRIB  
 POT V IMP XIII P P COS · V p. C. 74  
 5 DESIG VI CensOr rEFECIT  
 ET restituit CEX-/  
 SEX SVBrio dextrO proC et  
 PRAEF SardinIAE

m p lVI · A · TVRRE  
 i m p. caeSAR · VESPASIANVS · AVG  
 p o n t i f e x · M A X I M V S · T R I B  
 p o t u i m p · X I I I · P · P · C O S · V  
 d e s i g · V I C E N S O R · R E F E C I T · I / s s / l v i  
 E T · R E S T I T V I T  
 s e x . S V B R I O · D E X T R O · P R O C · E T  
 P R A E F · S A R D I N I A E

Recognovimus; secundam descripsit item Nissenius. Fara auctor saec. XVI in chorographiae Sardiniae l. II (p. 66 ed. Cibrario) trium miliariorum mentionem facit primique inscriptionem ita affert, ut infra repetivimus secundum codicem eorum chronicorum bibl. publ. Cagliarianae Baillianorum n. 578 addens: 'similes sunt aliorum inscriptiones, quas brevitati consulens omitto'. Ex Fara aperte sumpsit Danius apud Mur. 445, 8; item quod in schedis Ioh. Bapt. Simonis archipresbyteri Sassaritani († 1776) exemplum repperit Baillius (ms. et *discorso* 1824 p. 17; cf. Tola cod. dipl. Sardiniae I introduct. p. 66), ipse adnotat descriptum esse ex Fara. Ex lapide columnam priorem excepit della Marmora ms. apud Gazzeram fasc. 12, *voy.* II p. 469 n. 11, posteriorem Franc. Lud. Tola a. 1822 apud Baillium (ms. similiterque in ed. l. c. p. 17) et della Marmora ms. apud Gazzeram l. c. Exemplum quod Marmora edidit *voy.* II p. 469 n. 10, composuit contaminatis Farae et suo. Inde Henzen n. 5190 = 5419. Adscripsi exemplum Farae versibus ad archetypum ordinatis, quoniam sine dubio plenior lapidem vidit quam nunc est.

L · VI · A · TVRRE  
 IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG  
 PONTIFEX MAXIMVS TRIB  
 POPV XIII COS V  
 5 DESIGN CENSOR REFECIT  
 ET RESTITVIT

1 in secunda vi Schmidt, //i Marmora (ms.) Tola ego, /AP Nissen, lvi ex Fara adsumit Marmora, recte puto. — 5 in secunda vestigia quae adsunt (dedi ut excepi, REFECIT-I//SS/lvi Schmidt dubitans), legere non potuimus. — 6 extr. in prima CEX-// addidit Schmidtus, ego non observavi. Quid significetur, nescio. CVRANTE, quod post RESTITVIT addit Marmora (ms. et ed.), a lapide abest. — 6. 7. 8 quae leguntur litteris maioribus in secunda perscripta, ea post tempus adiecta esse mihi in re praesenti constabat.

8025 col. mil. Macomer ante ecclesiam.

M F L V I  
 IMP · CAES · L · SEPTIMIVS · SEVERVS PIVS PER  
 TINAX · AVG · ARABICVS · ADIABENIC PAR  
 TICVS · MAXIMVS · ET IMP CAES M AVRELIVS  
 5 ANTONINVS PIVS FELIX AVG // // // // //  
 // // // // // // // // // // // // // //  
 // // // // // // // // // // // // // //  
 u e t u s t a T E C O R R V P T A M  
 r e s t i t u e r u n t c u r A N T E · M · D O M I T I O  
 10 // // // // P R O C S V O

Recognovimus. Della Marmora ms. inter Gazzeriana fasc. 12, ed. *voy.* II p. 470 n. 12. Henzen 5191.

7 vis ego, es Schmidt. — Marmorae exemplum scriptum hoc est: m p lvi (sic ed., ms. altero loco LVII, altero loco om.) | IMP·CAES·L·SEPTIMIVS·SEVERVS·PER|TINAX·AVG·ARABICVS·ADIABENICVS | PARTICVS·MAXI·MVS·IMP·CAES...PIVS | ANTONINVS PIVS·FELIX·M..... (ins. |...O.... ed.) | .....RES (TVRRES ed.) KARALES·DVCIT | ...TE·CORRVPTAM | NTE MARCO METEL | PROC·SVO

VII. CARALIBVS OLBIA.

Via Caralibus Olbiam per mediterranea, quam enarrat itinerarium p. 778 c. II, optime convenit et cum mensuris et cum miliaris. Nam prima mansio a Caralibus m. p. XLII Biora cum incidat in vicum Serri (supra p. 814), altera m. p. XLV Sorabile in Sorovile prope Fonni (supra p. 818), tertia m. p. XLV vel XLVI ad caput Thyrsi ubi fuerit

per se pateat, inde m. p. XL vel XLIV pervenitur Olbiam. Olbia cum sic distet a Caralibus m. p. c. CLXXVII, ad Telti, qui vicus tribus fere horis, id est m. p. c. X, a Terranova abest, miliaria complura prodierunt inscripta numeris CLXV et CLXVI.

8026 in ecclesia S. Mariae de Valenza, quae hora paullo minus a vico distat, sub vasculo aquae sanctae SPANO. Locum adiit Schmidt, sed lapidem non vidit sepultum fortasse inter ecclesiae collabentis parietinas.

M · P · . . .  
 D · D · VALENTINIANO · AVG  
 TRIB · POTESTATIS · PATER  
 PATRIAE · VIAM · QVAE · A  
 5 . . . . .  
 VETVSTATE · CORRVPTAM  
 RESTITVIT  
 CVRANTE · FL · MAXIMINO  
 CVRATORE · SVO

Spano, cui descripsit theologus Franc. Miglior, commemorat *moneta di Doria* (1868) p. 36, ed. *itinerario antico* (1869) p. 26. Non est Valentiniani; 2 corruptus est.